



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

LXXXIII. Albrecht, Probst zu Diesdorf, bekundet eine Stiftung der
Procuratoren des Seelenamts und des Knappen Werner beim Kloster
Diesdorf, am 24. November 1337.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

LXXXII. Huner von dem Kneesebeck und seine Söhne resigniren dem Markgrafen Ludewig einen Hof und drei und eine halbe Hufe in Subar, die sie an das Kloster Iphenhagen verkauft haben, am 14. Februar 1337.

Illustri principi et magnifico domino suo domino Lodewico, Marchioni in Brandenborgh et Lufacie, Hunerus, Wasmodus ac Hunerus, filii prenarrati Huneri, famuli, dicti de knesbeke tam beniuoli quam debiti seruiicii pronitatem, Nobilitati vestre Curiam et Casam cum tribus mansis ac dimidio In villa Jvbere, quas de manu vestra hactenus in pheudo tenuimus a uobis, ab Honorabili viro Domino Helmico preposito . . . abbatissa et toto Conuentui in yfenhagen Empcione legitima necnon omni effectu completa comparatas, ad manus iam dictorum prepositi . . . abbatisse et Conuentus Jure pheudali presentibus resignamus. In istius resignacionis euidenciam Sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum anno domini M^o. CCC^o. XXXVII^o., In die valentini martiris.

LXXXIII. Albrecht, Probst zu Diesdorf, befundet eine Stiftung der Procuratoren des Seelenamts und des Knappen Werner beim Kloster Diesdorf, am 24. November 1337.

Nos Albertus, dei gracia prepositus In Dyfdorp, omnibus hoc scriptum visuris uel audituris salutem in Domino sempiternam. Cum ea, que temporaliter aguntur, a labili memoria hominum euanescent nisi autoritate scripturarum firmentur; Hinc tenore presencium protestamur et scire volumus tam modernos quam futuros, quod procuratrices officii animarum, pecunia sibi ad officium nominatum collata in villa Moldenbeke, comparauerunt Tres marcas denariorum, quas sine omni occasione recipient In Natiuitate virginis gloriose de areis, quas nunc inhabitant Crystianus, Thedericus de Rekenfen, hinkere Eghert et Conradus Grames, Ciues eiusdem ville, et hec eadem officiales pia deuocione affectantes animas defunctorum amplius participari laborum et orationum conuentus statuerunt, ut cum vna marca in die Natiuitatis christi conuentui ministraretur assatura, Tali conditione interposita, ne aliquid de communi prebenda subtrahatur, sed detur sicut est consuetudinis, ex gracia festi. Hiis vero duabus marcis comparetur panis et ceruisia In festo corporis christi, que ipsa die vespere inter prandendum singulis personis diuidatur in memoriam venerabilis Cene et salutiter donationis sacramenti. Item wernerus, famulus ecclesie, in predicta villa emit parato pretio suo vnam marcem, quam eciam ipse temporibus vite sue recipiet in festo prescripto de areis superius prenominatis, ipso vero defuncto cedet ad officium animarum et singulis annis die anniuersarii sui fiet conuentui consolatio de illa memoria ipsiusque agatur in missis et vigiliis tamquam dominarum nostre congregationis. Ne ergo in posterum super hoc facto aliqua dubitacionis calumpnia oriatur, hanc litteram fecimus conferri et sigillorum nostrorum appensione roborari. Datum anno Domini M^o. CCC^o. tricesimo septimo, In vigilia katerine.